Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322633

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

1900194

15.

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO - TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

NICOLAÜS JANUS HOFFMANN,

ROTERODAMENSIS.

A. D. XIV M. APRIL A. MDCCCXLVIII, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCCXLVIII.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Pater filio exheredato recte tutorem dat.

II.

Si quis ex sua et aliena materia novam speciem fecerit, distingui non debet, an ad pristinum statum reduci potest.

III.

Bona adventicia peculium non dicuntur.

IV.

Filia fraudatoris actionem de dote credi-

toribus cedere non tenetur, si ignorabat patrem solvendo non esse.

V.

Is, qui veniam aetatis impetravit, executor testamentarius esse potest.

VI.

Matrimonium, per procuratorem post mortem mandantis initum, non contractum habendum est.

VII.

Legislator noster Art. 310 Cod. Civ. Bat. a dispositione Art. 315 Cod. Napol. merito discedit.

VIII.

Qui propter sententiam judicis debitum solvit, de quo apocham, sibi antea datam, postea reperit, non potest condictione indebiti solutum repetere.

IX.

Liberi, jure repraesentationis hereditatem,

qua fuisset pater demortuus indignus, capere non prohibentur.

X.

Agnitio liberorum naturalium etiam perfici potest instrumento privato.

XI.

Emphyteuta in thesaurum, quem in fundo invenit, idem habet jus, quod lex domino addicit.

XII.

Commissionarius ad emendum, si suas merces mittit, provisionem petere potest.

XIII.

Recte in fine Art. 20 Cod. Merc. addita sunt verba: »Zonder dat hij immer tot te»ruggave van genotene winsten verpligt zij."

XIV.

Ea, quae Art. 469 Cod. Merc. constituta sint, tunc quoque valent, si tota navis ad

certam rerum quantitatem transvehendam, conducta fuerit.

XV.

Nauta, de damno sibi illato querens, probare non tenetur, se sine causis legitimis dimissum esse, si magister navis acta diurna non confecerit.

XVI.

Conatus criminis bigamiae in Cod. Poen. non puniendus est.

XVII.

Verbum *démence* in Art. 64 Cod. Poen. non strictim est accipiendum.

XVIII.

Incendium rei suae persecutioni criminali locum dare non potest, si ex illo nullum possit exstare aliorum damnum.

XIX.

Ebrietas noxiam tollit vel minuit.

XX.

Constitutio in Art. 309 Cod. Poen. probanda non videtur.

XXI.

Notio delicti flagrantis Art. 38 Cod. Quaest. Crim. nimis extensa videtur.

1900/97